Jhs. Mª Joseph

Nos Frater Franciscus à Conceptione, Provincialis Fratrum discalceatorum Beatæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo primitivæ observantiæ, in hac Sancti Patris nostri Alberti Provincia in Nova Hispania &c.ª Tibi dilecto nobis in Christo Fratri Gregorio à Purificatione nostræ Religionis professo in Dño Salutem. Ut à quocumque Catholico Antistite gratiam et Communionem Apostolicæ sedis habente, primam Clericalem tonsuram, et quatuor minores ordines, ritè, et Canonicè recipere valeas: harum serie, et officii nostri auctoritate, licentiam tibi impertimur; quem examinatum, et approbatum admittimus humiliter deprecantes; ut huiusmodi ordines tibi conferre dignentur. In quorum fidem præsentes literas manu nra, ac Secretarii nomine subscriptas, sigilloque nostri prelo munitas fieri iussimus in hoc Sancti Sebastiani Conventu, Mexicani, die vigessima tertia Augusti, anno Domini millessimo septingentessimo nonagessimo septimo

Fr. Fran.co à Conceptione
Prov.l

De mandato R. P. N. Provincialis
Fr. Michael à Jesu Maria
Secretarius